



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Lectori Candido Ivxta ac pio, interpres huius libelli, quam plurimam
precatnr salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

LECTORI CANDIDO IUXTA
ac pio, interpres huius libelli, quam
plurimam precatur salutem.



Vanquã nō ignoremus Lector pie, hocce curioso, nimisq; deploro seculo aliquid vulgare, quod spiritū huius mundi non sapiat, temerariū, & vt Paulinis vtar verbis, stultū facile iudicandū: tamē quia nō sapientibus, & in proprijs oculis prudentibus, sed solū pijs probeq; Christianis mētibus sudamus, hūc libellū Germanico idiomate, in quo eū D. Ioannes Iustus Lansperger, Carthusiani professor instituti, edidit, vir pius iuxta ac eruditus transfundendum suscepimus in Latinum sermonem Nec est, vt existimo, commendatus, alienis laudibus non indiget. Vetus est namque prouerbium. Vno vendibili non opus esse suspensa hēdera. Quamobrem gratia immortalis Deo, qui inter tam graues totius orbis calamitates, pia Religiosorum scripta eruit in lucem, vt ijs ceu sacra ancora suffulti, nullis huius mundi frangamur aduersis, quin potius mundo vniuerso, vna cū suis & falsis delectationibus, & veris afflictionibus renūciato, ad solida illa & inconcussa bona animū erigamus. Huc certe, si nihil aliud, hic maximē prouocat libellus, id potissimum docens, quo pacto, iuxta quod Christus nos monet, nos ipsos contemnere, abnegare, crucem nostrā tollere, & Christum sequi debeamus. Hac Euangelica Christi sententia, summa totius rei quam agit, comprehenditur. Qua non video quid vel vtilius, vel necessarium magis edoceri possit, hac præsertim tempestate: cū ipsa iam Philantia (quæ sola ex diametro huic doctrinæ aduersatur) statim nō vniuersum mundū occuparit, cui ceu reginæ suæ obsequuntur pedisse quæ impurissimæ, abiectionis, seu odium crucis, Apostasia à Deo, hypocrisis, liuor, philarechia, philargyria: & quid non? Clamat electum illud Christi organum Paulus, & recte elamat: *Omnes quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi.* Et regius ille Psalmographus: *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bene, ne vnus quidem.* Sed ad scopum nostrum reuertamur. Quicquid sparsim sanctorum & religiosorum hominum tradunt volumina, in hoc libello ceu in vno manipulo est congestum & colligatum. Qui etsi in specie humilis videatur & exilis, attamen vix credas, quantus sub hoc vili rectorio thesaurus delitescat. Vale amico Lector, & hanc qualemcunque nostram operam & qui bonisq; consulit,

Philipp. 2.
Ephal. 13.

D. IO.